

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostrativum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

10. Mendicvs

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107424)

10. MENDICVS.

A. S It tibi bona dies. **B.** At mala nunquam fuerit. **A.** Vt fortunatus fias quid loqueris? **B.** Nec infortunatus aliquando fui. **A.** Felix esto: nec enim capio magnifica tua verba. **B.** Sed nec memini me infelicem fuisse. **A.** Deus te saluet; tu vero apertius loquere. **B.** Libenter, diem bonam exoptabas, at mala qui possit esse, quam immittit Deus, frigeam, sudem, torrear, sitiam, esuriam, vilescam, Deum laudabo, cuius ea voluntas est. Dein fortunatum fieri voluisti: Nonne fortunatus qui cum Deo consentit, & ab eo omnia, qualia qualia sint, accipit, ab eo uno omnia expectat? Denique felicem esse iussisti: is sum, qui pauperie Deum & omnium rerum carentiã æmulor, nec voluntatem mihi reservans, sed ex Divino beneplacito dependens. **A.** Quid si is Deus tuus te abiiciat? **B.** Non potest, amplector eum humili caritate, & sublimi fide, quibus insolubiliter iunctus sum Deo, ubi ubi sit ille, ego cum ipso ero. Malim igitur in infimis cum Deo esse, quam in summis sine ipso. **A.** Vnde tu venisti? **B.** à Deo, vivoque in Deo, redeoque ad Deum. **A.** Deum ubi reperisti? **B.** Vbi creaturas omnes reliqui. **A.** Dei sedes ubi? **B.** Mundum pectus & prompta voluntas. **A.** Quis tu? **B.** Rex sum. **A.** Regnum ubi? **B.** Anima mea, cuius imperium à Deo commissum sic gero, ne vel exteriores, vel interiores, sensus mihi liberè exorbitent: **A.** Quis habes imperandi regulas, **B.** Silentium, preces, patientiam, obedientiam

M E

erectum, exercitium
nulla re que De
corona tua
fir ergo iis, qu
rerum præ
merit pulver

IL CO

Ofmoxenus
B. Inepum
ignem credid
pallium lac
m assumentis v
teris, A. Itã e
sile oportet, no
siquis Cosmo
tum calum ho
tum conversã
leo non uatu
trumpet, in ot
fraternitate m
ne tantopere a
qualia nec An
Gallianus civi
que regula
ne quid atten
num iudibriu
diverã & vid
mas. B. Quen
porum ubi
ut omnino ab

dientiam, exercitium. *A.* Quæ rei summa est? *B.*
 In nulla re quæ Deus non sit, acquiescere. *A.*
 Quæ corona tua? *B.* Animæ tranquillitas. *A.*
 Malè sit ergo iis, quia dicitur strepitus nos vocant, & fa-
 stigia rerum præceptiunculis suis promittunt,
 ipsi interim pulveris terreni vilissima mancipia.

II. COSMOXENVS.

A. Cosmoxenum paradoxum ecquid vidisti?
B. Ineptum illum? *A.* Nescio: viri boni
 imaginem crederam. *B.* Eadem ratione Men-
 nippi pallium lacerum, & diversorum panno-
 rum assumentis variegatum, perfectam togam
 dixeris. *A.* Itane planè nihil habet serui? *B.* Trun-
 cus sit oportet, non homo, ne dum humanus, ta-
 lis aliquis Cosmoxenus. *A.* Explica mihi. *B.* Pri-
 mum cælum hoc visibile omne non curet: homi-
 num conversationem fugiat, sensuum mini-
 sterio non utatur, in extrema rerum indigentia
 triumphet, in otio labores iacet, atque de Chri-
 sti fraternitate mirifica sibi polliceatur. *A.* Annè
 hæc tantopere absurda sunt? *B.* Absurdissima ve-
 rò, qualia nec Aristotelicus vir bonus & felix, nec
 Christianus civis, ad hodiernas prudentiæ, socie-
 tatisque regulas unquam faciet. *A.* Quid si quis
 tale quid attentet? *B.* Siquidem velit esse homi-
 num ludibrium. *A.* Atqui eo vocati sumus, ut
 diversa & ridicula vita mundum in nos irrite-
 mus. *B.* Quem mundum? *A.* Impios intelligo,
 quorum ubique maxima turba est. *B.* Malim ab
 iis omnino abstinere. *A.* Tu vero quam causam
 credis,